



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

66. Si qua mulier partum suum excusserit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

glegentiam non baptizatus obierit , annum Vide supra
lib. 1. c. 128.
& seqq.
unum pœnitiat , & nunquam sit sine aliqua
pœnitentia. Si autem per neglegentiam sacer-
dotis. Requiere in primo libello cap. cxxix.

De mulieribus quæ partus suos necant.

Ex Concilio Ancyran.

LXIII I. De mulieribus quæ fornicantur, Concil. An-
cyr. c. 20.
& partus suos necant , vel quæ agunt secum ut Halitgar. lib.
utero conceptos excutiant , antiqua quidem Rhab. epist.
diffinitio usque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia ad Heribald.
removet. Humanius autem nunc diffinimus ut Burchard. lib.
eis decem annorum tempus secundum præfi- 17. c. 54.
xos gradus pœnitentia largiatur.

De eadem re. *Ex Concilio Hilerdensi.*

LXIV. Hi verò qui malè conceptos ex Concil. Ilerd.
c. 2.
adulterio factos vel editos necare studuerint, Rhab. epist.
vel in ventribus matrum potionibus aliquibus ad Heribald.
colliserint , in utroque sexu adulteris , id est , Burchard. lib.
patri vel matri , post septem annorum curri- 17. c. 52.
cula communio tribuatur , ita tamen ut omni
tempore vitæ suæ fletibus & humilitati in-
sistant.

De eadem re. *Ex Concilio Heliberitano.*

LXV. Si qua mulier , absente marito , per
adulterium conceperit , idque post facinus oc-
ciderit , placuit yix in fine ei dandam commu-
nionem , eò quod geminaverit scelus. Concil. Elibe-
rit c. 63.
Rhab. epist.
ad Heribald.
c. 8.
Burchard. lib.
17. c. 51.

Si qua mulier partum suum excusserit.

Ex Pœnitentiale.

LXVI. Si qua mulier partum suum ante

238 R E G I N O N I S L I B . II.
quadraginta dies in utero sponte perdiderit,
annum unum pœniteat. Si verò post quadra-
ginta dies eum occiderit , tres annos pœni-
teat. Si verò postquam animatus fuerit , eum
perdiderit , quasi homicida pœniteat. Sed di-
stat multūm utrum paupercula pro difficultate
nutriendi , aut fornicaria causa sit , & pro sui
sceleris celandi faciat causa.

Si qua mulier filium vel filiam occididerit.
Ex eodem.

L X V I I . Mulier si voluntariè occiderit
lium suum aut filiam suam , pro homicidio de-
cem annos pœniteat.

De eadem re. *Ex Concilio Rotomagensi.*

Burchard. lib.

17 c. 53.

Ivo parte 10.

c. 103.

L X V I I I . Sunt quædam mulieres , ut ad
notitiam sancti Concilij pervenit , quæ ex for-
nicatione concipientes , metuentes ne scelus
quod occultè perpetrarunt manifestum fieret ,
infantes quos pepererunt occiderunt , & terra
congerie cooperuerunt , aut in aquas proje-
runt. quod quantum nefas sit , canones Ancy-
rani , Elibertani , atque Hilerdensis Concilij
testes sunt. His itaque vix in fine dandam es-
se communionem decernunt. Sed humanitatis
tractantes , post decennem pœnitentiam tales
placuit ad communionem recipi.

Ut ante januam Ecclesiæ adulteri infantes
exponantur. *Ex eodem.*

L X I X . Igitur quia diabolo suadente , &
carnis fragilitate delectante , & ideo conser-
tiente , multo tamen talia perpetrantur , ideo ex